Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



QVS

solis circumfulsisse me lumen ⁊
eos qui mecum simul erant omnes
quos cum decidissemus in terram
audiui uocem loquentem mihi heb
raica lingua. Saule saule quid me
persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autem dixi
Quis es domine. Dominus autem
dixit. Ego sum ihesus nazarenus
quem tu persequeris. Sed exurge
et sta super pedes tuos. Ad hoc enim
apparui tibi ut constituam te ministrum et testem eorum que uidisti
et eorum quibus apparebo tibi eri
piens te de populis et gentibus in
quas nunc ego mittam te aperire
oculos eorum ut conuertantur de
tenebris ad lucem et de potestate sa
tanae ad deum ut accipiant remis
sionem peccatorum et sortem inter
sanctos per fidem que est in me. Vnde
rex agrippa non fui incredulus celes
ti uisioni sed his qui sunt damasci
primum et ierosolimis ⁊ in omni
iudee gentibus annunciabam ut
penitentiam agerent et conuer
terentur ad deum uidelicet dignas
penitencie opera facientes. Hac ex
causa me iudei cum essem in tem
plo comprehensum temptabant in
terficere. Auxilio autem
adiutus dei usque in hodiernum die
sto testificans annuncio usque ad ma
iorem nichil extra dicens quam ea
que prophete sunt locuti futura
esse et moyses si passibilis cristus
si primus ex resurrectione mortuo
rum lumen annunciaturus est plebi
et gentibus. Hec loquente eo ⁊ ra
tionem reddente festus magna uoce
dixit. Insanis paule multe litere
ad insaniam te conuertunt. Et pau
lus ait non insanio mihi optime fes
te sed ueritatis et sobrietatis uerba e
loquor latere enim eum nichil arbitre
sed hec enim non quidem in angulo
factum est. Credis rex agrippa pro
phetis. Scio quia credis. Agrippa
autem dixit ad paulum. In modico suades me christianum fieri. Et paulus
Opto apud deum et in modico ⁊ in
magno non tantum te sed et omnes hos
qui audiunt me hodie fieri tales
qualis et ego sum exceptis uinculis
his. Et exsurrexit rex et preses et
berenice et qui assidebant eis. Et
cum secessissent loquebantur ad inui
cem dicentes quia nichil morte aut
uinculis dignum fecit hic iste agrippa autem festo dixit. Dimitti poterat
homo iste si non appellasset cesarem
Sic iudicauit preses eum mittere

Vt autem iudicatum est cesari
naui ascendere in italiam ⁊ tra
di paulum cum reliquis custodiis
centurioni nomine iulio cohortis
augustae. Ascendens autem nauem
ad rumetinam et incipientem na
uigare circa asie loca sustulimus
perseuerante nobiscum aristarco ma
cedone thessalonicense. Sequenti
autem die deuenimus sydonem hu
maue autem tractans iulius paulum.

XXVII